Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ua carissima. et gratissimus humilis.
ubera eius inebrient te omni tempore. et in
amore eius delectare iugiter. Quare
seduces fili mi alienam. et foveris in
sinu alienus? Respicit dominus vias
hominis. et omnes gressus eius considerat.
Iniquitates suae capiunt impium. et fu
nibus peccatorum suorum astringitur. Ipse mo
rietur quia non habuit disciplinam.
et in multitudine stultitiae suae decipiet.

Fili mi si sponsoris VI.
pro amico tuo. defixeris apud te
extraneum manum tuam. illa
queris es verbis oris tui. et captus es
verbis sententiae. Fac ergo quod dico fili mi.
et temetipsum liberabis. quia incidisti in ma
nus proximi tui. Discurre festina. et
excita amicum tuum. ne dedis somnum
oculis tuis. neque dormitet pal
pebrae tuae. Eruere quasi damula de
manu. et quasi avis de laqueo. et
quasi venator de insidiis accipitris.
Vade ad formicam o piger. et considera
vias eius. et disce sapientiam. Nec
cum non habeat ducem nec praeceptorem.
nec principem parat estate cibum suum.
et congregat in messe quod comedat. Usque quo pi
ger dormis? Non surges a somno
tuo? Paululum dormies. paululum
dormitabis. paululum seres ma
nus tuas ut dormias. et veniet tibi quasi
mator egestas. et paupies quasi vir
armatus. Si vero impiger fueris. veniet
ut fons messis tua. et egestas longe
fugiet a te. Homo apostata. vir in
utilis graditur ore perverso. annuit
oculis. terit pede. digito loquitur. perverso
corde machinatur malum. et omni
tempore iurgia seminat. Huic extemplo
veniet perditio sua. et subito conteretur.
nec habebit ultra medicinam. Sex sun
que odit dominus. et septimum detes
tatur anima eius. Oculos sublimes.
linguam mendacem. manus effun
dentes innocuum sanguinem. cor ma
chinans cogitationes pessimas.
pedes veloces ad currendum in malum.
proferentem mendacium testem falla
cem. et eum qui seminat inter fratres
discordias. Conserva fili mi praecepta
patris tui. et ne dimittas legem matris
tuae. Iuga ea in corde tuo iugiter. et
circumda ea gutturi tuo. Cum am
bulaveris gradientur tecum. cum dor
mieris custodiant te. et cum vigilaveris
loquere cum eis. Quia mandatum lu
cerna est. et lex lux. et via vitae increpatio
disciplinae. Ut custodiant te a muliere
mala. et a blandilocia lingua extraneae.
Non concupiscat pulchritudinem eius
cor tuum. nec capiaris nutibus illius.
Propter enim scorti vix unus est pa
nis. mulier autem viri pretiosam animam ca
pit. Numquid abscondere potest homo
ignem in sinu suo. ut vestimenta
illius non ardeant. aut ambulare
super prunas. ut non conburantur
plantae eius. Sic qui ingreditur ad
mulierem proximi suae. non erit mun
dus cum tetigerit eam. Non grandis
est culpa. cum quis furatus fuerit. fura
tur enim. ut esurientem impleat a
nima. Deprehensus quoque reddet septu
plum. et omnem substantiam domus suae
tradet. et habebit se. Nam autem adulter
est. propter cordis inopiam. perdet animam
suam. turpitudinem et ignominiam
congregat sibi. et opprobrium illius non
delebitur. Quia zelus et furor viri
non parcet in die vindictae. nec acqui
escet cuiquam precibus. nec suscipiet pro
redemptione dona plurima. VII.

Fili mi custodi sermones meos.
et praecepta mea reconde tibi. Fi
li honora dominum. et valebis. Pro
cum eo ne commiceris alienis. Serva
mandata mea. et vivites. et legem meam
quasi pupillam oculi tui. Iuga eam in
digitis tuis. scribe illam in tabulis
cordis tui. Dic sapientiae soror mea
es. et prudentiam voca amicam tuam.